

P R Æ F A T I O.

QUOT vulnera Sanctissimæ Christi Ecclesiæ intulerint, novissimis hisce temporibus, Schismata atque Hæreses, quibus consissa est nimium in tot Europæ Provinciis Fidei unitas, nunquam memini, quin miseram humanarum rerum conditionem moestis oculis metiar, animoque pæne indignante contempler. Nam quid non factum, quid non quotidie fieri novimus ab iis, qui postquam ab Ecclesia matre sua defecere, in id unum intenti sunt, ut adversus illam pugnent, nullam calumniis, nullam dictæis & invecivis stantentes modum, quo se jure defecisse populo suo persuadeant? Et hoc quidem valde dolendum, non jam nostri casus, quos in fortissima arce positos imbecillia tela non feriunt, sed eorum causa, erga quos, etsi a nobis divisos, nobisque quotidie insultantes, nossemus nunquam defuturus est amor. Non ita perspicimus; perspicimus nos, quantum sit coram Deo scelus, seditiones & Schismata in Religione consistere, atque sub incerta spe assequendæ Veritatis, aut meliora sapiendi, certum interea Caritatis & Unitatis patrimonium profundere, quibus quicumque caret, inani sane titulo de Christi nomine gloriatur. Sed quod gravius dolendum, multi jam sunt ex eorum grege, qui non Ecclesiæ tantum, sed & Religioni ipsi, quantis possunt artibus atque conatibus, bellum inferunt. E primo lacrymabili facinore nihil facilius, quam gradus ad alterum. Ubi enim sibi reliquas infirma, simulque superba Hominum ingenia, quid non moriantur, quid non audeant animi in essutam Libertatem a teneris, ut ajunt, unguiculis promi? Sed & nihil enixius corrupta hominis Natura appetit, quam ut sibi liberum sit, quidquid lubet. Proinde nimium urgente malefano hujusmodi stimulo, tunc Religio ipsa, cujus saluberrimo sanctissimoque freno in officio continemur, erga Deum & Homines, sensim videri molestem incipit jugum, atque ad illud excutiendum meditatio demum tota convertitur. At sublata Religione ex homine, mirum est, ni is continuo perniciosum pellicerumque animal evadat; nam, ut alia præteream, tunc *fides, & Societas humani generis, & una excellentissima Virtus Justitia tollatur oportet, uti jamdiu Tullius animadvertit.*

Duplici autem via in tanti deplorando negotio mortalium audacissimi, immo stultissimi, procedunt. Univerfam Religionem nonnulli, sed clam, veluti puerorum terriculamentum projiciunt, atque inintus in intimis suæ phantasie aut mentis cubiculis, de Divinitate, Legibusque sacris se veluti certos Judges intoleraanda confidentia erigentes. Atque ex his nonnulli sua infelicitate, quam felicitatem putant, minime contenti, socios amant, & sollicitè quærent. Alii denique Religionem ipsam palam professi, immo tutelam ejus magnifice obtendentes, palam eodem tempore ipsam per latus adorantur, Dogma nempe quoddam arrodendum sibi fumentes: quo, si fieri posset, dejecto, Religio ipsa aut enervetur, aut pereat necesse est. Atque utinam verum non foret, nostris in magna Britannia temporibus hujusmodi calamitatis, sive temeritatis apud aliquos exempla crebra spectari. Nimirum illic, uti Amicus quidam meus, & is quidem Britannus, ajebat, *quibusdam Impie cogitare, ea demum sola & vera est Libertas.* Sed cæmerinam istam lubens ego prætergrediens, unum heic aliorum instar commemoro *Thomam Burnetum, sive Burnetium*, hominem in ea gente famolum. Quod hæcenus Catholica Ecclesia credit de Cælesti gloria, & Visione Dei, Justorum Animabus a Corpore separatis conlata, & conferenda, minime expectato in omnium Resurrectione consortio rediviui Corporis, a Britannica quoque gente, aut saltem a plerisque, credi comperturn habeo. Et fortasse vix aliam habemus ex tot Sectis, Christianam Legem præsentibus, sed a Romana Ecclesia divisis, quæ non eandem amplectatur foveatque doctrinam, si forte Arminianos, aut Anabaptistas excipias, exiguum gregem, qui heic in aliquibus a nobis dissentire videntur. Verum adversus hoc omnium ferme Christianorum Dogma ævo nostro Burnetus in aciem prodiit, felicitè contendens, tum solum Justis præmia, Injustis supplicia esse retribuenda, quam universum genus humanum Christus visibilis in Judicium adducet. Immo ne tunc quidem Justis aditum futurum in Cælos, atque ad beatificum Dei aspectum, sed post Mille tantum Annos in terræ deliciis prius exigendos: ille quippe *Regni Millesarii* a tot Saeculis excisi errorem summa tranquillitate in vitam revocare conatus est, eaque de re Librum conscripsit, cui titulum fecit: *De statu Mortuorum, & Resurgentium*. Porro quantum animi Improbis ex ejusmodi opinione accrescat, quantum Probis detraharur in humanæ vitæ officis, vel me tacente unumquique nullo negotio intelligit.

Et quid quæso dulcius homini Christiano, quam *Paradisum* meminisse, nobis ab amantissimo ac veracissimo Deo promissum, ejusque immensa gaudia meditari, ibique post arduum peregrinationis hujus curriculum sperare, conspectui beatifico Dei nostri se cito esse sistendum? Hinc amor erga Patrem optimum, qui tantam caris suis mercedem paravit; hinc solamen verum inter adversa, dum vivimus; atque hæc una Spes Mortem nemini eludendam non terrore solum exarmare, sed exoptandam suavemque efficere potest. Propterea uti apud